

PSALMUS XIII.

EXPLICATIO VERSUS I.
לְמַנְצָחָה : vide Psal. IV, 1.

EXPLICATIO VERSUS II.

עַד אֵת *quousque*:) est hæc interrogatio lamentantis, suamque desertionem diuturnam flebiliter coram Deo exponentis, ut Psalm. III, 2. quā multi sunt homines, Psalm. X, 1. quare stas procul &c. Salianus t. 3. An. 2978. num. 33. putat, hunc Psalmum scriptum anno nono fugæ obSalem. **לְכָנָה** est aliás interrogatio loci, *quorum?* ut Gen. xxxvii, 30. Psalm. cxxxix, 7. (quo ibo &c.) sed cum **עַד** *usque*, constructum interrogat de temporis duratione durationisque termino: *usquequo?* ut Job. VIII, 2. Quater repetitur, ob quaternam Israëlis captivitatem Babyl. Med. Græ. Rom. secundum Judæos. Kimb. Lek. R. Sal. quod tamen nimis frivolum.

חַשְׁכָּה נִזְחָמָה *oblivisceris mei*:) h. e. differes consolationem ac auxilium, instar hominis, alterius afficti non recordantis, adeoque de ferendâ ope non cogitantis. Anthropopathia, ut Psal. IX, 19. Deo enim cuncta semper præsentissima notissimaque: *oblivisci autem dicitur*, quando nec bene facit, nec punit, cum tamen nostro judicio id facere deberet.

בְּנֵת עַתְּדָה *in seculum*:) i.e. quousque mei ita penitus nullam habebis rationem, meque hostium ludi briis expones sine ullâ termini præfinitione? Est hæc ellipsis literæ (ל) supplenda ex Psalm. IX, 19. **וְנַחֲנָה** *pauper* **לְנַחֲנָה** : vide Psal. IX, 7. Adeoque licet minus cohærere videbitur **תֵּן** *quousque?* (de termino currrens) & **תֵּן** *in seculum*, quō terminus quodammodo definitur, nihilominus contextus docet, durationem deplorari fermè intolerabilem ac infinitam. Similis textus Psalm. LXXXIX, 5. *quouique, Domine, irasceris in seculum?* LXXXIX, 47. *quousque. Domine, absconderis in seculum?*

רְסֵחָר *abscondes faciem*:) nempe gratiosam, instar patris, filium aspectu non dignantis: ut Psal. X, 11. Plus hæc dicitur, quam in præcedente; non enim omnis, qui *obliviscitur*, etiam *odit* aut *fastidit*, sicut fit in *aversione vultus*.

EXPLICATIO VERSUS III.

תְּשִׁיחָה *ponam tuuzy consilia*:) i.e. quousque anxius & dubius rerum agendarum apud me in ibo consilia, curasque varias, quomodo scilicet ex hisce ærumnis elabi tandem aliquando possim Luther. soll ich sorgen. Syrus in secundâ persona: *pones tristitiam &c.*

עַצְדָּה *consilia*:) videlicet propter ancipitem periculosisimumque meum statum hinc inde fluctuantia, non enim deliberare solet homo facile, quando securus tranquillô fruitur statu; securus verò, quando ingruunt omnis generis mala &c.

מַאֲרוֹרֶם *יגַזְנָה*:) cum gemitu conjunctum, (qualis captivorum Iesa. xxxv, 10. Lî, 11. Jerem. XLV, 3. item tyrannide pressorum, Psalm. CVII, 39. angustias inferni gustantium Psalm. CXVI, 3. &c. Sic & hoc loco intelligitur varia mœstitia, partim ab exilio Saulisque persecuzione orta, partim ex mundi ac Satana calumniis, infidiis, &c. Declarantur hoc modo *consilia* modo memorata, videlicet quod ex mœstre ortum du-

A cant, mœstreque habeant comitem haut vulgarem: unde Campens. *quousque vanis curis animam meam affligam, que nihil præter mœstre continuum pariunt?*

בְּלִבְנִי *in corde meo*:) i.e. in animâ, cuius in corde fides, tanquam in metropoli, variis jam turbis seditionisque vel motibus misere concussâ.

יְוַיְמִים *interdiu*:) i.e. totum ac quemlibet diem, seu perpetuo: q.d. nulla diei hora sine ingenti cordoliô mihi præterit, nulla mihi totô ferme die conceditur respiratio vel hilaritas: cum tamen per diem homines negotiis suis occupati curarum oblivisci soleant citius, quam noctu, (ב) in fine format adverbium: *Psal. I, 2.*

יְרוּם *elatus erit*:) partim externô felici successu, partim internâ animi elatione ac fastu; idque non sine insigni fidelium præjudiciô ac damnô: ut *Psal. XII, 9.*

EXPLICATIO VERSUS IV.

B **רְבִיתָה** *respice*:) oculis scilicet gratiæ, quibus reale auxilium perpetuò annexum est. Opponitur autem hoc priori vultus absconsioni, quâ indicabatur auxiliï denegatio; adeoque hac *intuitione* involvit benevolâ curâ ac defensio, ut 1. Reg. IX, 3. oculi mei super eum &c. Deut. XI, 12. Gen. IV, 4. respexit sacrif. Abel. Psal. IX, 14. X, 14. &c.

עַנְנֵי *exaudi me*:) i.e. preces meas audi, ad petitâ responde, & verbis & factis, hoc est, præsta, quæ à te oro: **עַנְנָה** enim significat respondere alloquenti in genere, vide Psal. XVII, 6. & quandoque respondere pro lubitu rogantis. i.e. exaudire. Sicut verò homines, quando & visum & auditum adhibent, studium suum luculenter comprobant: ita quoque h. l. tum *Intueri*, tum *Audire* divinum complectitur omnis generis beneficia, quibus miseria vetus pellitur, novusque planè status prosper stabilitur.

הַרְאֵרָה *illumina oculos meos*:) h. e. mihi in tenebris miseriarum constituto immitte iterum gratiæ tuæ exhilarantis atque informantis radios, ut hōcce splendore, velut ex imminente mortis somnô subito excitatus, incipiām iterum coram facie tuâ vigilanter exultare, sciisque, quâ ratione pericula præsentia rectè declinare possim &c. Per *lucem* enim sp̄ciūs in sacris indigitatur informatio vel consilium, facem quasi alicui in agendis præferens; itemque gaudium instar lucis exhilarans metuentem tenebras ac pericula crucis; ut Jes. LIX, 9. Job. XV, 22. XVII, 13. XXX, 26. expectabam lucem &c. Psal. XCIV, 11. lux orta & latitia. Sic Efr. IX, 8. illuminat oculos nostros, i.e. nos iterum exhilarantur. Confer Psal. XXX, 9. ubi lex illuminans oculos. Cobel. VIII, 1. sapientia illuminat faciem: adde Proverb. XV, 30. XXIX, 13. Cbal. illumina oculos meos in lege tuâ, ne fortè peccem & dormiam cum reis mortis. *Vatablus*, da spiritum vitalem; vita enim præcipiuus vigor in oculis appetit, ut in Jonath. 1. Sam. XIV, 27. 30. Sensus: dispelle tenebras tribulationum, quæ me prope enecant. Vel, dona mihi vigilantiam ac cautionem, ne imprudens incidam in manus hostis &c.

פְּנֵי אַרְשָׁנָה *ne dormiam*:) scilicet **פְּנֵי** dormitionem *mortis*: i.e. ne denegatâ mihi tuâ gratiâ miser